

inertes, otiosos, mundo inutiles, aut omnino nocivos. O quam longe alia facies erit in illa die, ubi Religiosi, mundo ignoti, primi omnium ad coronam vocabuntur! &c. tunc dicent mundani: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprietatis! &c.

66. Illius opera sepe sunt mendosa.

Iustus actiones ab occulto sepe vitio corruptuntur. Vel enim subest motum vanum, vel mera consuetudo, vel naturalis proclivitas vel delectatio, & solatium internum, vel amor proprius, & vani honoris complacentia &c. B. Sermon. 26. a. num. 15. usque 29. &c.

Septem Episcopi Alti omnes erant Sancti, & tamen a Deo ob varios nexos correpti. B. Sermon. 26. n. 49.

Sicut sepe Ecclesie ex ruderibus sanctorum edificatae adhuc in se habent frusta idolorum, & saxa diabolicis figuris insculpta: ita homines iusti nexos arcanos, & vitiorum simulacra retinent. Ezechiel vidit in templo imagines serpentum, bestiarum, & idolorum, & quosdam thurificantes: O quot ejusmodi bestie sepe adhuc latent in memoria, in intellectu &c. S. punct. 113. fol. 344.

Qui seminat in carne, de carne & in corruptionem, ait Apostolus, quibus verbis significat, operibus bonis, quae comparantur seminibus, sepe motiva carnalia subesse posse, vanitatem, ambitionem, negligentiam, impatientiam, aliasque operum corruptiones. Sicut ergo in melle primum patet, quale fuerit semen, qualis seminans, qualis terra seminata: ita in iudicio patebit, an opera omni navi sint immunia. *Sega. Manna 21. Aug.*

Coram Deo opera hominis sunt vilia. 1. Quia natus est filius irae. 2. Quia primam gratiam cito perdidit. 3. Quia certus non est illum recuperasse. 4. Quia gratias actuales sepe neglexit, aut 5. Languide respondit &c. *Sega. Manna 19. Jul.*

67. Cur praematura morte mundo eripitur.

Homines iusti sepe praematura morte abripuntur. Quare? 1. Ne militia mutaret insellum ejus, tanta enim est morum perveritas, ut etiam innocentes, nisi mature abripantur, de perversione periclitentur. 2. Praenaturae abripuntur ex Misericordia Dei; ne impii visis tot virtutum exemplis gravius peccent, & gravius da-

mnentur. 3. Ex iustitia Dei, ne iusti precibus & meritis suis retardent poenas impiorum promeritas; hinc cum videmus Dei famulos & famulas magno in numero morte abripi, metuendum plane est, & ipse fugerit? respondit: Fugit vanam gloriam; quia si bellua cicur me honorasset, postissem de me ipso concipere jachabundas cogitationes. Sanchez 7. p. c. 3. fol. 920.

S. Augustinus, Ambrosius, Marcus, Gregorius, Theodorus, Franciscus, Ammonius, alique fugiunt, & acceptare detrectant dignitatem sacerdotalem. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 924. seq.

VIRTUTES SANCTORUM.

Humilitas Sanctorum.

68. Fugiant honores ac dignitates.

S. Augustinus, Petrus Coelestinus, Ambrosius, Thomas Aquinas, Philippus Nerius recusant Episcopatus oblatos. B. Sermon. 45. num. 12. Vide titulum HUMILITAS.

Sanctus Pimen venientem Provinciam judicem non admittit, ne ob inaequam gloriam humilitate excidat. S. punct. 21. fol. 83.

Monachus quidam a Theodosio Imperatore in sua cellula visitatus, & ob vitam felicitatem laudatus procul in Aegyptum Sedem suam transferit. S. lb. fol. 84.

Aegydius Atheniensis, quoniam Regia stirpe, & miraculis clarere cepit, illam cellam suam transferit, ubi non facile mortalium de se rumores audire poterat. S. punct. 21. fol. 84.

Idem legitur de Jodoco sanctitate Regumque Britanniae sanguine claro.

Alexius Nobilis Romae Patricius in paterna domo septendecim annis sub scala omnibus ignotis delitescit, S. lb. fol. 85.

Simile factum de Eulalio, Pynuphio, Hilarione, aliisque habetur. S. lbid. fol. 85.

S. Margarita Regis Hungariae filia dice-re solebat: unquam subacti filia essem, ut a nemine honorarer. Erat ulceribus plena, & camen ulcera studio non purgavit, ut omnibus nauseae esset. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 919.

Cum

Cum Abbas Nestorius cum aliquot Monachis solitudinem petransiret, fera bellua illis occurrit. Fugerunt omnes. Postliminio quaerebant Monachi Abbatem cur & ipse fugerit? respondit: Fugit vanam gloriam; quia si bellua cicur me honorasset, postissem de me ipso concipere jachabundas cogitationes. Sanchez 7. p. c. 3. fol. 920.

69. Cupiunt a mundo pro stultis haberi.

Sancta quaedam Virgo, teste Basilio, stultam se ac demoniacam simulabat, quae usque adeo ab aliis horrore habebatur, ut nec cibum quidem cum ea acciperent: ita in solo ministerio culinae perseverabat, ab omnibus communiter fatua dicta: sed a Sancto Pefterio agnita honoratur. S. punct. 21. fol. 87.

Judex quidam veniebat ad Sanctum Simonem Abbatem, ut eum ob celebrem sanctitatem veneraretur: Sanctus Abbas accipiens panem, & caseum ante adicum cellae suae incipit manducare, & sic ab omnibus irrisus, & spreus fuit. S. punct. 21. fol. 88.

Senex quidam, cum videret aliquos ad se venire cum lampadibus & magna veneratione, subito se denudat & in flumine incipit lavare, ut sic pro stulto haberetur. S. lb.

Simeon Salus, postquam ad insignem perfectionem jam pervenit, stultum se simulavit, ut esugere vanum honorem: ingressus urbem iunctam mortuum canem pedibus alligavit, eumque traxit prope locum, ubi erat schola puerorum; cum ergo eum viderent pueri, clamare ceperunt: Abbas stultus, & ei colaphos dederunt. Postera die ingressus Ecclesiam in principio officii amputavit, & extinxit candelas: ascendit umbonem & nucibus lapidavit mulieres, subvertit libros placentariorum, aliaque sexcenta talia fecit, ut suam sanctitatem elaret. S. lb. fol. 88. D. 3. 86.

S. Philippus Nerius interdum in platea saltare, publice bibere, semitonsus incedere, flores gelicare visus est, quibus hu-millime de seipso sentiens pro viribus conatus est, ut idem enteri de se sentirent. S. lb. f. 89. Conformerit ad illud Apostoli monitum: si quis videtur inter vos sapiens esse, in hoc mundo stultus fiat, ut sit sapiens. S. lbid. fol. 87. D. 3. 87.

Cum famulus Elisei Ducem Jehu in Regem inunxit, & cito auferat, a militibus stultus vocatus est: quia Propheta tam ridiculas actiones nonnunquam exercebat, ut putarentur infanti. Huius nudus ambulat, Ezechiel boyis excrementa comedit, Ofeas fornicariam dicit &c. D. 5. 1.

Tabitha stultam se simulat, & mucido pane contenta nunquam e culina in triclinium ad mionales venit. Piterius Abbas putans se ad magnam perfectionem venisse, audit vocem sibi dicentem, quod necdum perfectionem illius stultae attingat. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 903.

Abbas Simeon, cum ejus visendi causa Praetor regionis adventaret, ante cellam sedens panem & caseum vorabat protius, quam manducabat, & ideo a Praetore despectus fuit prout despiciebat. S. Juniperus cum Romam iret, & ingens populus illi obviam progredere-tur, cum pueris in platea ludentibus ludere cepit, & sic contemptus fuit. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 926.

S. Felix Capucinus & S. Philippus Nerius videntur in publica platea jocari, ac mugari, ut a populo contemnantur. R. I. cent. 2. part. mir. 39.

Deus vult, jubetque suos coram mundo stultescere, ut sibi soli sapiant; hac de causa imperavit illis praedoxa, & a communi vita usu abhorrescentia, ut eos doceret simplicem obedientiam, & mundi contemptum. Ita Ezechiel iustus est, ritu furensis rasam barbam, capillique in aeren spargere, & flamma comburere.

Jeremias velut servus fugitivus vinculis onustus urbem obambulavit. Ita veteres ascetae, & Monachi inlicitas, & ridiculas actiones exercebant. Joannes Abbas per triennium irrigavit lignum aridum. S. Alexander carbonarium egit, & quae sunt familia. C. Ezech. 4. v. 17. in fine.

70. Faciunt obsequia vilissima.

S. Eldeburga Regis Angliae filia, in aula Evangelium pra armillis & montibus cligens, dein in Monasterium concessit, ubi praeter alios viles labores, fociarum suarum focos noctu fustipere, & diligenter lectos lectos aenim reponere solebat. E. Humilitate.

S. Bernardus & suos & fociorum calcibus senehat speciosi hospitii cum deridebat, Bernardus agnoscentes angelum tenebrarum in labore perrexit, & cum in fugam egit. E. Humilitas n. 22.

Hen-

Henricus de Lovanio Doctor Parisiensis ingressum in Monasterium suppliciter rogans, & admittus ibi subuleum, seu porcorum pastorem agit per viginti annos. *E. Humilitas* 28.

Joannes Alvarez relicto paterno principatu in Ordinem S. Dominici fecedit. Aliquando, cum cocum in culina jurare juberetur, adit in Monasterio Illustrissimus Pater. Et ecce! filius non erubuit in culinaria, mucida veste obviam ire parenti. Sed ob tantam humilitatem extulit illum Deus in Cardinalium Collegium. *Ephem. Dom. 16. Sept.*

S. Franciscus Borgias Gandiæ Dux, subtilissima Principum origine natus, cum relictis mundanis omnibus in Societatem JESU concessit, maxima humilitate, abjectissima munia obire, verere fordes, emendicare victum ostentat, ægis ministrare in nosocomis, in delictis habit. *Brev. 10. Octob.*

Cur autem Sancti ad abjectissimum humilitatis gradum se demiserunt? Exemplo Christi, qui licet fuerit Rex Regum, & Dominus Dominantium, in humana natura, usque ad consortium jumentorum in stabulo, usque ad pedes Apostolorum post cenam, usque ad crucis infamiam in morte sese abiecit. &c.

70. *Vilissimo de seipsis sentiant.*

B. Maria de Incarnatione Ord. Carmeli multis, abjectivis verbis seipsum vituperabat: propter superbiam se tumidum buionem, propter peccata se sterquilinum vocabat. In aliquo morbo dicebat: Ecce! hic jaces, quæ alitis servire deberes, sed hoc meretur superbia tua &c. N. 18. April.

Sancti plagas a Deo immittas suis peccatis adscribit: sic S. Lupus Threcentis Episcopus Attilæ adventanti occurrit, rogansque quis esset, & audiens: Ego sum Attilæ flagellum Dei, dixit: *Quis mortalium Dei flagello resistet? Ego sum Lupus dissipator gregis Domini! veni ergo Dei mei flagellum, utere illo, ut Deus concedit, sic jussit portas aperiri, frænumque Attilæ renens, pedes eum cum coptis per median ubem duxit. Ejsdem humilitatis fuerunt Jeremias, Daniel, Machabæi & alii. C. Thren. 1. v. 1.*

Virtutem omnem, ipsamque humilitatem Deo in acceptis referunt, & sicut Christus Dominus peccatus ad regnum fugit, e contra ad crucis ignominiam se

ultimo obtulit; ita ad omnem præminentiam se inepros, e contra omni vilipendio ne se dignos reputant. Magisque latantur de sui contemptu, quam mundani gaudent de applausu, & promotione. C. in Luc. 1. v. 48.

Coriarius ille, cui S. Antonius, Angelo revelante, in meritis comparatus est, fuit humilissimus, dicere solitus: Omnis hæc civitas ingreditur in regnum Dei; ego autem solus propter peccata damnabor. C. Exod. 7. v. 1.

71. *Exaltantur a Deo.*

Quia Moyses indignum se reputavit dimittere contra Pharaonem, factus est quasi Deus Pharaonis, ita ut potret imperare aquis, producere ranas, mufcas, ciniphes, tenebras, pestem & alia &c. Simili modo S. Basilus factus est Deus Valentis Imp. S. Ambrosius Justini Imp. S. Athanasius, Hilarius, Hosius & Luciferi Constantinii Imp. dum eos liberrime cogoverunt, imo Neroni, Decio, Diocletiano, & Antichristo comparantur &c.

Sicut Moyses vicit Pharaonem, ita humiliter vincit diabolus. S. Macarium facte voluit percutere diabolus, sed non potuit. Tunc horrendum ejulavit, dixitque: Vah Macari! facio omnia & plura quam tu! jejuo, vigilo, plus quam tu, sed una te me vincis? Qua illa? Humilitas tua sola me vincit. C. in Exod. 6. 7. v. 1.

Testimonia Scripturæ de exaltatione humilium sunt innumera: *Populum humilium salvum facies, & oculos superbiorum humiliabis. Superbum sequitur humilitas, Exod. 10. & humilem spiritum suscipiet gloria. Suscietur de terra inopem & de stercore erigit pauperem. Deposuit parentes de sede, & exaltavit humiles. Aliaque innumera. Cause autem huius exaltationis sunt: 1. Quia sicut superbia est radix omnis peccati; ita fons omnis virtutis humilitas. 2. Quia superbus est vas vento plenum, ideoque gratiæ incapax; humilis vero vas densissimum & vacuum, ideoque gratiæ capax. 3. Sicut umbra sequentem fugit, ingentem sequitur; ita Deus superbos despicit, humiles amat. &c. C. in Ep. Jac. c. 4. v. 6.*

Quod humilitas Sanctos exalter ad magnam gloriam, constare videtur ex illo: *Cogitans magnam fabricam consistere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis &c. C. in 1. Petr. 3. v. 8. &c.*

Humilitas, ait Cassianus, est omnium *Cassian. Collat. 15. 6. 70.* Magistra virtutum, & celestis edificii firmitas.

diffinim fundamentum. C. in Ep. 1. Petr. c. 5. v. 5.

72. *Contemunt laudes humanas.*

S. Apostolus Paulus ait: *Mihi pro minimo est, ut a vobis judicer, aut ab humano die. Moyses jam grandior factus negavit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem. S. Augustinus Secundino hæretico respondit: Senti de Augustino, quod libet, sola conscientia coram Deo me non*

Chryf. accuset. Et S. Chryostomus: Nos probi- Hom. 2. beo gloriam appeti, sed illa volo ambiar, que vera est, que ex Deo est. S. Ignacii vox fuit: Vehementer mihi cavendum ad his, qui me inlant, laudantes enim me flagellant. C. Jerem. 18. v. 16.

Ipsi etiam gentiles per umbram hæc virtutem viderunt: Seneca ait: Conscientia fatiscit, nihil in tamam laboreum. Triumphus decretus erat Pompejo, reclamarunt milites dona poscentes: Tam Pompejus: *Omittam potius triumphum, quam ut militibus aduler. Exclamavit Servilius, Nunc demum video, Pompejum revera esse magnum &c. C. Jerem. 18. v. 16.*

S. Franciscus cum adverteret, quod fratres sui de sua virtute sublimè sentient, dixit illis: *Fratres incipiamus Deo servire, hucusque enim nihil fecimus. Iulianus & S. Antonius coram fratribus suis saepe respicebat: Hodie incipiam Deo servire, forte hodie & finiam. C. 2. Petr. c. 7. v. 12.*

Hæc omnia Sancti fecerunt ad imitandum Christi exemplum, qui parvulus in mundum veniens despexit mundana fastigia, in monte Thabor glorificatus prohibuit Apostolos, ne gloriam suam divulgarent, eligendus in regem a Judæis fugit in montem, & denique mortem infamem crucis tanquam malefactor elegit. *Humiliter semetipsum, factus obediens usque ad mortem &c.*

Castitas Sanctorum.

73. *Mirabilis in pugna contra tentationes.*

Sanctus Leo Papa, qui in distributione Communionis feminam tetigit, manum sibi amputat, quam dein a B. Virgine integram recepit.

S. Margarita Regis Hungariæ filia, qua irruptionem Turcarum in suum Monasterium meruit, amore conservandæ integritatis sibi una cum monialibus nam amputat.

Ursilius Presbyter in agone jacens accedenti feminæ clamat: Recede, quia ardeat adhuc igniculus. Quædam Virgo S. Bigitta famula a juvene ad locum destinationum invitata plantas sibi adurire, nec pergere illic possit. Abbas Pamisus contra tentationes manum adurit. Joannes Bonus acus & subulas inter unguis digitorum inserit, & sic præterit illidit.

Virgo Benetrada a Jodoco Regis Alani filio in suo cubiculo occupata per fenestras saltu se librat, & in Ecclesiam fugit, quam insequens Jodocus in Ecclesia capite percit: sed ille mortuus concidit, & Virgo ad vitam revocatur. Sanchez

3. p. 6. 8. f. 564. & seq.

Ammonius Abbas semper candens ferrem in foco habebat, cumque infurgescerent tentatio, illo se adurebat.

Quidam Monachus erga feminam mortuam tentatus, pannum & sepulchro illius plenum fœtore depromit, & surgente tentatione naso amovet. Sanchez 5. par. c. 8. fol. 576. E. Oculi n. 5.

S. Vincentius Ferrerius ab impura femina prætextu agriutudinis ad confessionem vocatus turpissime ad nefas sollicitatur. Cum vero sanctus resistit, nequam mulier illum tanquam violentum suum supratorem distamare voluit: verum statim a demone occupata clamare non potuit, nec valuit diabolus ab alio quam ab ipso Vincentio expelli. *E. Diffamare n. 8.*

Femina solitaria quemdam pervertere studens venit nocte ad ejus cellam & intronitri perit. Intronitri quidem ille, sed ut concupiscentiam vinceret, digitos omnes aufudit: mulier autem interim mota est, quam ille mane ad vitam revocavit. *E. Femina 2.*

Nobilissima Virgo Sigismunda Lotaringia Regi depollata a parentibus, die nuptiali ad altare confugit, & nuptias recusat. Consentit sponsus Sigismundus eamque regulariter ornatam, post nuptiales lautias ad Monasterium celestis sponso desponsandam adduci iussit. *E. Virgo 18.*

Virgo Monialis a Principe amata, & sub combinatione comburendi Monasterii experta, oculos sibi eruit, & Principi misit. *E. Virgo n. 20.*

Cum Soldanus Monasterium Virginum intrare, easque turpissime inhonorare nitareretur, & Abbatissa, & omnes Moniales sibi nulum prædicerunt. *E. Virgo 21.*

S. Vastianus Episcopus Vigorniensis impudice pellit ad nefas sollicitanti atampam inculcit, inquiring: *Vade vas Sata- næ!*

ne! a VVilhelmo Rege indignus Episcopus habitu pedum & mitram ad sepulcrum sui antecessoris deposuit, qui a nemine loco moveri poterant, quam a Volitano. *Leucht. 19. Jan.*

B. Columba Rocofani adhuc secularis a peste corripiebatur. Vocatur Medicus, qui incomparabili ejus venustate captus promittit illi vitam, & valetudinem, si sponsalia secum contraheret: sin minus, ait, illam certo morturam. Columba mortem potius, quam Virginitatis iacturam elegit. Sancti Dominici Ordinem ingressa a demonibus crudeliter caesa, & tentata, S. Thomam Aquinatem auxiliatorem habuit, a quo cingulum recepit, quo omni deinceps carnis sensu caruit. *Ephem. Dom. 10. Marti.*

S. Lucia Ord. S. Dominici a Nobili juvene infidias passa, quasvit ex illo, quid ergo in se illi adeo placeret? Oculi, ajebat ille. Et ecce! Virgo oculos sibi cultro eruit, & juveni mittit. Obscuro illi, & mundo valedicens in Ordinem S. Dominici concessit. Illa autem a Deo alios oculos prodigiose recuperavit. *Ephem. Dom. 29. Aug.*

S. Scarpia Virgo contra duos violentos lenones, Angelo defendente, triumphavit; ambo enim exanimis conciderunt. Cumque ideo illa pro venetica haberetur, utrumque ad vitam revocavit. Capite truncata lac & sanguinem fudit. *N. 3. Sept.*

S. VVenefida Virgo ab impuro Regis Alani filio decollata, a S. Benone Episcopo ad vitam revocata est, factaque sacerum Virginum Magistra. JESUS ostendit illi palmam caelestem, quam paulo post consecuta est. *Rossinot. N. 3. Nov.*

S. Ebsa Abbatisa in Anglia, Danis irrempenibus, ut eorum lasciviam effugeret, sese cum omnibus monialibus naso, & labro superiore truncavit: quare Dani furentes ipsas cum ocnobio concremarunt. C. in Prov. 31. v. 29.

Fridericus II. Imp. S. Franciscum a concione, quam contra vitium libidinis habuit, redentem, ad concenam invitavit, lauteque habitum in cubiculo ad seorum, quod cum ad libidinem alliciebat, introduxit. Sanctus mox in focum in cubiculo accensum se projecit, in eoque quasi in lecto licens meretricem invitavit. Illa in fugam sededit, Imperator autem haec omnia per rimam observans, Sanctum, cui illudere voluit, maxime venerari cepit. C. II. 43. v. 2. Item Dan. 3. v. 4.

Manfuetudo Sanctorum.

74. Libenter sustinet injurias & calumnias.

Sanctus Bernardus pugno percussus ulciferi volentes inhibet. C. Gen. c. 14. v. 14.

Sanctus Christophorus Martyr alapa a Samiorum Praefecto percussus Christiana patientia legem allegat. S. punct. 3. fol. 567.

S. Spiridon alapa percussus praebet alteram maxillam. Idem passus est quidam Monachus a puella enragemena, & ecce! dum alteram maxillam alteri istui exponit, demon fugit, clausitans: Violentia mandatorum Christi me expellit. D. 10. 7. Vide Sanchez 6. par. c. 8. fol. 798. & seq.

Joanni Fernandez S. J. in Japonia ad populum peroranti, quidam in faciem spurcum phlegma exspuit. Ille nihil turbatus perorare perrexit: Quo facto Virorum magnae auctoritatis ad fidem convertit. *Ex Fajis J. 5. 26. Jan.*

Quamvis calumniae Viris etiam probis & cordatis ipsa morte sint graviores, juxta illud: *Melior est mors, quam vita amara.* Tamen Sancti illas cum gaudio exceperunt: Quidam Abbaehus in Monasterio verbis & verberibus male exceptus, Deo, & fratribus gratias agit, quia per haec, ut ajebat, a tentationibus demonibus facti liberatus, Eadem tunc mens cuiusdam Diaconi a Superiore nutre habitus: S. Franciscus ajebat: *Perfecta laetitia est, cum quis libenter amore Christi injurias, & approbria sustinet.* Conformiter ad mentem S. Pauli: *Mihi absit gloriari nisi in cruce D. N. J. Christi.* C. in Eccles. 26. v. 6.

75. Malefata compensant beneficiis.

Sanctus Stephanus Saracenum Monoculum, stricto gladio capiti suo immittentem, a civitate oculi liberat. A. 1. lect. 2. n. 12.

S. Cyprianus licitori, a quo decapitandus erat, viginti aureos numerari jubet. D. 11. 54. Sanchez 6. par. c. 5. fol. 730.

S. Christophorus tyranum sagitta in oculo laesum suo sanguine sanari jubet. Sanchez 6. par. c. 5. fol. 728.

Cum Venustianus Sabino Episcopo Afflens manus amputari iussit, immensis corporis torminibus obrutus est, sed a Sabino oratione sanatus. Sanchez 6. par. c. 11. fol. 872.

S. Myro Episcopus fures in horreo de-

prehendit, qui sacco tritico replebat. Mentebant vincula & furcam, sed S. Presul illos in auferendis laccis adjuvit. Et Deus large damnum compensavit. *Ex Memis 8. Aug.*

S. Modestus in servitutem venditus, & post tempus Hierosolymorum Episcopus factus venditores suos laute, & amice habuit. N. 18. Dec.

S. Longinus apparitores a Pilato missos, ut eum occiderent, laute ac perhumaniter habet, atque post prandium illis collam refecundam immensa cum lactia praebet. *Leucht. 15. Martii.*

76. Docetur mirabilibus exemplis.

S. Albertus Ord. Carmelit. energumenum liberaturus, ridetur a demone, & colapho percutitur. Quid Sanctus? statim alteram maxillam percutienti praebet, & ecce! demon hospitio cessit. *Surius 7. Aug.*

Senex instruxit discipulum, ut integro triennio mercedem daret iis, a quibus contumeliis afficeretur. Fecit id discipulus: post triennium Athenas ingressus sub ipsam portam a janitore palmari injuria offensus, risit. Quo rides, quarebat janitor? Et ille: rideo, quia per tres annos mercedem solvi iis, qui maledictis me onerabant, & hodie gratis id abs te patior. Attonitus janitor, ingrederet, ajebat, dignus es casu sapientum.

Alius roganti, ut sibi viam calli monstraret, edixit: *Potesne convicia pati?* perinde, ac si caput salutis in tolerantia contemptus confideret.

S. Anna in Monasterio quasi stulta se omnium risibus exposuit, a S. Pitiurione autem Abbate, instinctu Dei declarata est totius Monasterii sapientissima.

Quidam dubitans, quid sit, animam suam ponere pro proximis suis, instruitur ab Abbate Pirmenio, quod sit, in uriam ferre, & non paria respondere.

Abbas Joannes illud saepe inculcavit discipulis: Porta caeli est injuriarum permissio. C. in Num. 12. v. 3.

Quid mirum, quod Sancti in tolerantia injuriarum sint admirabiles, cum ipsi etiam gentiles tales fuerint? Caco in balneo impudenter percussus, deprecanti respondit: Non memini me tactum fuisse: miseri est, repetere mordentem, sicut mures & formice faciunt! Artilides ad mortem ductus, cum petulant quidam ei in faciem expueret, dixit ad comitem, admohe hunc, ne postea tam improbe offendet. De Caesare dixit Cicero, quod nihil oblivisci soletet, nisi injurias. Pericles tota die ab illatore

vestatus, vespere illi viam cum lucerna praevit. &c. Hac fecerunt gentiles, quidni & faciant Christiani? C. Num. 12. v. 3.

S. Elisabetha post mortem mariti Principis ex arce & urbe pulsa, omnibus forcipis ex arce, cum duabus proliis ad incititas & famem redacta, non in lamenta erupit, sed in gratiarum actionem Hyminum Ambrosianum fibi decantari precepit. *Leucht. 19. Nov.*

Joanni Galberto Amantissimus Frater occiditur: Ille cum vindictam contra occisorem facile sumere poteret, in die Parafceves illi amore Christi patientiam veniam dedit, & Christus in cruce inclinato capite illi grates retulit. *Leucht. 12. Julii.*

Constantia Sanctorum.

77. In tentatione fideliter adherent Deo.

GRATIA Dei voluntati nunquam desit, si voluntas gratiae non destitit: Id suo exemplo comprobantur Sancti: Castissimus ille juvenis, de quo S. Hieronymus, ab impudentissima pellice contractus praefatum morsu linguam in exoculantis faciem exspuit. Malchus Monachus ad mulierem inclusus postea ad S. Hieronymum scripsit: Vos narrate posteris, ut sciant inter gladios, & inter deserta, & bestias pudicitiam nunquam esse captivam, non posse superari, deditum mori posse, non posse superari. Sanctus Vincentius Ferreris, S. Philippus Nerius ab impudicis mulieribus sollicitati gloriose vincunt. &c. S. punct. 36. fol. 157. & 158.

S. Febronia Virgo Martyr fugientibus fororibus sola in Monasterio perstitit, nec blanditiis, nec tormentis a fide abduci potuit. N. 25. Jan.

S. Formerus quatuordecim annorum pastorculus inventum Evangelium gregi suo praeregere solitus est, & quod mirandum, nec blanditiis, nec tormentis a fide abduci potuit. N. 25. Jan.

S. Formerus captivus exitum aperuit, solus Formericus remansit, a sacrificiis in ardentem clibanum coniectus. N. 25. Sept.

Sancti comparantur aurorae. 1. Quia aurora lucem suam munit a sole. 2. Quia sensim crescit in meridiem. 3. Quia sol in aurora pulcherrimus apparet. &c. C. Prov. 4. v. 18.

S. Ambrosius Imperatori Valentiniano,

N S. Ba-

S. Hieron.
in P^{no}
Euseb.

S. Bassili Imp. Valenti, S. Lucia Praefecto Paschasio intrepide resistit. C. Jerem. 1. v. 18.

78. Magni estimant servitium Christi.

Sancta Agatha ad Quintianum: Multo praestantior est Christiana servitium regum opibus, quam superbia. C. Gen. fol. 109. col. 1.

S. Phocas apparitores, qui cum ad mortem querebant, hospicio benigne excipit, tota nocte esculentis, & poculentis reficit, dein mane suum nomen illis indicat. Christianus fum. Phocas nomine. Quare ligatus ad iudicium ductus & capite plexus est. N. 5. Mart.

Publia praefecta Monialium transiente Juliano Apollata canebat cum suis: Simulacra gentium argentum & aurum. Obstupescere tyranno, prosequerentur cantum versu illo: Similes illis sunt, qui faciunt ea. Iustitiae tacere, Publia eius leges parvi estimans, maiori cum austeritate chorum Virginum in unum coegit, & illo praetereunte, denuo cantavit: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Itaque tyrannus illam ad se vocatam, iusti verberibus contumdi, & faciem eius ac genas laharum. Illa hanc contumeliam pro summo honore ducens, domum reverla, tyrannum, ut solebat, spiritalibus cantilenis porro pestrinxit. C. in Dan. c. 6. ad finem.

Poenitentia Sanctorum.

79. Austeri in se puniunt crimina.

Job in villa & orine, Joannes Baptista in exuviis camelii vivit. Marcellinus se Papatu abdicat, & petit privari sepulcro. Victorinus manum utramque scissae arbori inserit. Maurilius Episcopatum resignat, quia infantem baptizare morabatur. B. Sermon. 45. n. 22.

Sanctus Reinerius, quia contra castitatem deliquit, stet ad cecitatem usque. Calend. perpet. 17. Junii.

S. Victorinus a demone sub specie mulieris deceptus, fere in desperationem incidit. Sed in spem erectus a fratre, ita poenitentiam egit, ut sista arbori manum inseruerit, sic triennio se loco movere non potuit, solum diebus Dominicis a fratre pane & aqua refectus; Demum sub Nerva Imp. martyrio coronatus. N. 5. Sept.

S. Genebaldus Episcopus, lubrica juventutis delicta integro septennio poenitens eluit, tanta corporis austeritate, ut dignus fuerit, cui Angelus remissionem culparum annuntiaret. N. 5. Sept.

S. Pelagia Antiochie ad concionem S. Nonnii Episcopi convertitur. Opibus in pauperes distributis Hierosolymis facta poenitentium exemplar. N. 8. Oct.

Divus Petrus Monachus cum adhuc Novitius erat, unicum inconsideratum verbum protulit, & a Superiore punitus est ita, ut per quadraginta dies potu vini abstinere deberet. A. lect. 6. n. 11.

S. Bonifacius quia cum Aglae impudice fuit conversatus, ad hanc poenitentiam seipsum condemnat, ut in urbem Tarsis iret, ibi Martyrum corpora venerat: hoc dum facit a Praefide captus crudeli martyrio excarnificatur. D. 9. Sanchez 4. part. c. 7. fol. 363.

Jacobus poenitens ob impudicitiam crimen cum puella, quam a demone liberaverat, commisitum integro decennio in se sepulchrum includit, & continuo plorat. Sanchez 4. p. c. 7. fol. 363.

Ananias qui feminam incaute aspexerat, tam impudicitiam commoveri se sentiat, oculum sibi effodit, & in gelidum amnem se abiecit. Sanchez 4. part. c. 7. fol. 366.

Sancta Maria Aegyptiaca post vitam impure actam, cum in urbe Jerusalem templum ingredi vellet, vi arcana repulsa per Beatam Virginem ingressum obtinet: tum in eremum, in qua Christus fuit tentatus, secedens, duobus panibus septendecim annos vivit: pro vestibus purificatis se pellibus vestit, herbis vescitur, tandem a Sacerdote Zosima iussu Dei SS. Sacramentis munita obit. Sanchez 5. part. c. 3. fol. 415.

S. Macarius, quia in impuram cogitationem consensit, quadraginta diebus ieiunat, & mira austeritate ad mortem usque vivit. R. cent. 2. p. 2. mir. 50.

80. Mirabiles in ieiunio & inedia.

Sancta Maria Aegyptiaca septendecim annos vivit duobus panibus. C. Deut. v. 4.

S. Paulus a decimo sexto usque ad septuagesimum annum palma & fonte vivit.

S. Hilarius quotidie quinque ficus, dein panem & sal, denique in senio oleum victui adhibebat.

S. Fulgentius ut ut ager, noluit tamen a consueta abstinentia remittere, ne stomachum ad cupiditas assuefaceret.

S. Joannes Bonus initio Quadragesima panem in quadraginta partes dividere, & dein singulis diebus unam partem sumere solebat.

S. Maria de Ognies a mense Septembris

bris usque ad Pascha pane solo & aqua vivebat.

Gregorius Ariminensis dicitur singulis quadraginta diebus tantum semel comedis. Sanchez 5. p. c. 7. fol. 525. & seq.

S. Carolus Borromeus, ut delicatè educatus, tamen carne, piscibus, ovis, & vino abstinit. In Quadagesima etiam pane abstinens solis fribus & fabis viciabat, in hebdomada sancta non nisi lupinis vesceretur amaris. Lectus ejus erat faccus stramineus &c. C. Exod. 15. in fine.

Mire abstinentes fuerunt Henoch, Mathusalem, Noe; Moyses & Elias quadraginta dierum jejunio visum Dei meruerunt. Paulus Eremita, Antonius, Hilariion vitam quasi Angeli in abstinentia, & contemplatione duxerunt. C. Gen. 9. v. 27.

S. Joannes Baptista in austeritate & jejunio non nisi locustas & mel silvestre comedens, tam mirabilis apparuit in oculis Judaeorum, ut crederetur esse Deus, aut mundi Messias, hinc continuè ille interrogationes: Tu quis es? &c. C. Lev. 27. v. 28.

81. Mirabiles in flagellis, ciliciis aliisque austeritatibus.

Sancta Caecilia semper cilicio induta est. C. Gen. c. 37. v. 34. Sancta Maria Aegyptiaca consumptis vestibus 30. annis nuda, frigore & aestu tolta vivit, ita ut Aethiopsilla videretur. C. Deut. c. 8. v. 4.

S. Joannes Baptista mira austeritate vivit: pro veste pills Camelorum, pro cibis locustis, pro potu melle silvestri utitur. D. 4. 38.

Maria Aegyptiaca, Hierosolymis ter occulta vi a templo repulsa, B. V. Mariam invocavit: hujus patrocinio in templum admissa, sua scelera confessione expiavit. Tum in eremum secedens mira austeritate in se vindicavit peccata, facta poenitentium exemplar. N. 4. April. & 9. April.

S. Antoninus M. a S. Antonino Archiepiscopo Florentino sancte institutus est in Ordine S. Dominici. In Siciliam & Neapolim, dissuadente S. Praeceptore navigans, in mari captus, Tunicum Barbaria urbem deductus est. Ibi post unum aut alterum mensem inedia, & laborum impatiens, Mahumetanam sectam amplectus est. Sed cum audiret mortem Sancti sui Magistri Antonini, & secuta illam miracula, facti poenitens, reassumpsit habitum, & coram Rege Tunetano Christi legem professus est. Ad mortem condemnatus, & lapidibus obrutus ne signum

quidem pavoris aut doloris edidit. Bzovius T. 17. N. 10. April.

S. Bavo Princeps post mortem conjugis inaudite austeritate exemplar fuit. In specu subterraneo inter jejunia, & cilia vivit. Monitus ut tibi parceret, respondit: Non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam. N. 1. Oct.

82. Fugiunt occasiones peccati.

Quidam animus agens dixit: Tolle paleam, quia adhuc igniculus vivit, quo dicto cupiebat removeri mulierem, quo ipsi ministrare in a gritudine volebat. S. pun. 33. f. 147.

Samson magis timet appropinquare vinee, quam leoni, quia Nazareus erat, cui omne vinum lege interdictum fuit. S. lb. fol. 148.

Sara in domo Abrahami petiit, ejici Ismaelem, ne Isaaco conversatione pessimum mores afflaret. B. Ser. 35. n. 29.

Sanctus Andreas Avellinus, cum in defensione cause forensis ex praecipitatio mendacium aliquando disticeret, munere cessit, & in sacrum Aedificium recessit. In ejus Festo 10. Nov.

S. Magdalena, ut ab ipso Christo Domino veniam peccatorum obtineret, tamen post ejus mortem, ut pristinis occasioibus se subduceret, ex urbe Hierosolymitana ad mare in specum Massiliensem fugit.

S. Martinianus Anachoreta ab insidiane femina adeo depravatus est, ut cogitatione peccavit. Fugit ergo in solitariis maris insulam, cumque & illuc puella quadam naufragia pervenit, in mare se livavit, a duobus delphinis in ripam deportatus.

Poenitentia Sanctorum.

83. Tolerant varias infirmitates.

Sanctus Job & pauper Lazarus ulceribus pleni sunt. Isaac, Jacob, Samson, & Tobias caeci erant. Ezechias graviter infirmus, Petronilla febricitans, Paula acerrimis doloribus stomachi afflicta erat. &c. B. Sermon. 45. n. 25.

De Sanctis omnibus in celo quaestio erat: Hi omnes, qui sunt, & unde venerunt? Et universim responso erat: hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione. S. punct. 47. fol. 184.

Job in omnibus suis doloribus exterminat derelictionem patitur. S. punct. 106. fol. 308. & 439. in fine.

Abbas Stephanus, dum gangrana horrendum afflictabatur, nil aliud reposuit, quam id, meritis sum.

S. Paulus Eremita agros sanabat oleo, ille autem fuisset infirmitati oleum non adhibet, ne perderet meritum patientia.

Sancta Bona in ulcere pefforis vermes patiebatur, S. Dominicus aliquando talem vermiculum in manus fumbat, & mutatus est in unionem: Bona autem non desistit orare, donec vermiculus ei fuit restitutus, quem cum gaudio in ulcus reposuit.

Quidam ager convalescens flevit, dixitque ad Deum, an ergo dignus non sum amplius qui patior pro te! C. Sanchez 6. p. c. 8. fol. 203. & seq.

S. Simeon Strilita a demone in pede percussus ulcerosum vulnus plenum featurientibus vermicibus patiebatur; cum autem vermis illi forte excideret, illum per puerum suum atcolli iubebat & in vulnere reponens ajebat: comede, quod Deus tibi indulsit. Sanchez 6. p. c. 10. f. 870. Nadafi 3. Jan.

B. Fina in gravissima paralyfi quinque annis immobilis jacens fere viva computrescit, & a vermicibus ac muribus devoratur, nec tamen unico verbulo de doloribus conqueritur. R. 1. cent. 2. part. mir. 26.

S. Joachimus tanta caritate proximi flagrabat, ut epilepsiam ab epileptico in se transferri impetravit. A vermicibus absumi petiit, & obtinuit. N. 16. April.

84. *Gaudent si multa pati possint.*

Sanctus Joseph, & S. Paulus gloria sibi ducunt, posse pati. S. punct. 47. fol. 183.

S. Catharina Senensis eligit spineam coronam præ aurea. S. punct. 22. fol. 638.

Sancta Magdalena de Pazzis ita ardentem desiderabat pati, ut identidem clamaret: *Pati, non mori.* Breviarium 26. Maji. Item C. in Ad. Ap. c. 5. v. 41.

Quidam Monachus fervebat agrote, qui tussi occupatus turpia sputa excreabat. Monachus penes lecticam ægri iacebat, & æger sputa omnia in ejus faciem exonerabat: Nihilominus amore meriti non recedebat. Sanchez 6. p. c. 8. fol. 203. in fine.

S. Franciscus cum Rome esset, a demonebus male flagellatus fuit, dein dixit cum gaudio ad Cardinalem Hostiensis: Ecce demones me longe melius norunt quam Romani; illi me laudant, illi autem me egrege flagellant. Sanchez 7. p. c. 3. fol. 922.

S. Catharina Bononiensis, si ad Dei gloriam foret, optavit sola damnari, & omnia damnatorum tormenta sustinere æternam, ut sic cessarent blasphemæ damnatorum, & animæ illæ Deum æternum laudarent. T. n. 12.

S. Laurentius Justinianus in lecto moriens jacere noluit, inquiens, Christum non in culcitra, sed in cruce mortuum fuisse. N. 8. Jan.

S. Aigulphus Monachus, dein Monasterii Sirimensis Abbas, calumnie accusatus, in carcerem conjectus, a S. Michaelae confortatus, abscessis lingua, eructis oculis, & tandem truncato capite, Martyr factus. N. 3. Sept.

Immensio desiderio flagrant cum Christo in cruce configi, uti S. Andreas, S. Petrus, S. Philippus, S. Sixtus, Calliopius, V. Verneus, Julia ancilla, & alii. C. ad Galat. 2. v. 19.

85. *Tolerant injurias & diffamationes.*

Puella impregnata accusat Macarium, ita ut ille a populo despectus ladribus & verberibus male afficeretur. Verum puella diuturnos dolores passa, parere non potuit, donec accusationem revocavit. E. *Diffamatio* n. 2.

S. Paphnutius de furto libri, quem invidiosus frater clam in eius cella reposuit, accusatus humiliter perferit injuriam. Quinimo fratrem illum, qui propter delictum fuit a demone obsessus, a maligno spiritu liberavit. D. *Diffamatio* n. 4.

S. Lydvina triginta & octo annis variis infirmitatibus afflicta rogavit Dominum, ut nemini placeret. Eæ revera nemini placuit, instar vivi cadaveris abjecta, despecta. Exaffinibusna, & quidem illa, quæ de liberalitate Lydvine vivebat, sputum in ejus faciem excreare non erubuit. Verum tanto gratior erat Christo, qui in amoris tesseram illi facra vulnera impressit, & magnam gloriam, pro illis, quæ pateretur, promisit. N. 14. April.

Quid mirum hanc tolerantiam inventi in Sanctis, quæ mirabilis etiam fuit in gentilibus? Phocion innocensissimus Bellidux ab Atheniensibus ad venenum bibendum damnatus, cum licet illi poculum porrigeret, ab affine interrogatus: quid filio mandaret, respondit: Mando, ut obliviscatur hulus potus, quem nunquam ab Atheniensibus oblatum bibo! C. in Ep. ad Rom. c. 12. v. 21.

86. *Imitantur Christum patientem.*

B. Vincentia Ord. S. Dominici sensu dolores spineæ coronæ, qua Christus coronatus fuit, tanta dolorum vehementia, ut mori debuisset, nisi prodigiose fuisset conservata. N. 16. April.

B. Pe-

B. Petrus de Tecelano orabat sapius, ut viam nosset imitandi Christum. Exaudita sunt preces! Vidit Angelos, qui copiosum cinerem in Ecclesia spargebant: mox Christus vulneribus plenus, procedens in Ecclesiam, in cinere sanguinolenta vestigia impressit. Per eandem semitam secuta est B. V. & Apollonia, & omnis generis Sancti. Ex quo didicere per Christi patientis vestigia incendendum esse, crucemque & omnia ardua amare cepit. N. 23. April.

Ven. Anna a S. Barthol. in adversitate conqueritur ad Dominum. Ecce! videt Christum a Pilato populo exhibitum, interrogaturque, an simile crudelitatis genus ipsa unquam perpessa sit? Erubuit, & patientissime adversa toleravit. *Roz* 7. Jun.

S. Bruno horridam in montibus eremum cum sex focis inhabitans, ubi interrogatus fuit ab Episcopo Hugone, quomodo inter hos horrores vivere possit? respondit: Amore Christi pro nobis Crucifixi hæc perferre parati sumus. N. 6. Oct. C. Exod. 16. v. 3.

Dona & prerogativa Sanctorum.

87. *Ut illiterati possent scientiis calefieri.*

Sanctus Thomas ex Bove muto fit Doctor Angelicus: sic multi indocti, etiam mulieres factæ sunt cognitione Dei plene. S. punct. 30. fol. 132. & seq.

Sancta Gertrudis non ultra triginta tres annos nata totam Scripturam memoria tenet. Ex Proprio Augustano 17. Martii.

Sancta Catharina Senensis in gravissimis difficultatibus Theologicis consultur.

Sanctus Didacus frater laicus Deum, & Divina summa omnium admiratione cognoscit. Sanctus Franciscus Seraphicus luminis difficultates Theologicas solvit. C. Gen. in proem. de Encom. Script. n. 42.

Theodorum Monachum tam rudem fuisse, ut nec elementa sciret, testatur Cassianus, & tamen Divinorum voluminum tam peritus erat, ut a viris doctissimis confuleretur. C. Gen. fol. 13. col. 1. Videt Sanchez 5. part. c. 4. f. 442.

S. Jutta Vidua Christus comparuit, eique labia suo vulnere lateris admoventi licentiam dedit. Suxit calestem dulcedinem, & ex eo tempore tantam sacram literarum scientiam obtinuit, ut de altissimis mysteriis discurrere possit. N. 3. Sept.

Negue hoc mirum est Sancti enim ea

D. *Clavis Spirit. utrovisq.* Part. I.

continua conversatione cum Deo sunt quasi Desformis: sicut modica aqua gutta vino insula colorem & saporem vini induit, & ferum candens igni simillimum fit: ita Sancti dum caritate Dei intime penetrantur, quasi in Dei similitudinem non tantum voluntate, sed etiam intellecta transformantur. C. Lev. 27. v. 28.

88. *Indicantur mundo per varia prognostica.*

Sanctus Dominicus & Sanctus Bernardus representantur Matri gravidæ sub specie canis.

Sanctus Ambrosio adhuc infanti apes in ore mellificantes. C. Gen. fol. 368. col. 1. Matri Sancti Eucherii Angelus apparuit, & pueri fanatitatem, & dignitatem Episcopalem prædixit.

Nativitas Sancti Stephani Regis Hungarie a Sancto Stephano Protomartyre Matri indicatur.

Nativitas Sancti Eligii per aquilam, Sancti Sviberi per fulgorem præsignatur.

Dum Sanctus Guthlacus nascere, ignota manus quasi hominis, rubri nitentis cælitus missa, ostium domus signaculo crucis munivit. C. Corn. a Lap. in Jeremiam c. 1. fol. 570.

Mater Sancti VVilibrordi somniat, quod luna plena in sinum ejus decidat, seque magna claritate repleat. Sanchez 5. part. c. 4. fol. 445.

S. Benedictus in utero materno cantu choralis cantare audebat. Mater S. Andree Corsini, prolem, quam gerebat, sub specie lupi vidit, qui currens ad Ecclesiam Patrum Carmelitarum in agnum mutatus est. Mater S. Francisci parturire non potuit, nisi in stabulo. S. Philippus Benictus Matri sub specie lucide flammæ apparuit. Petrus Eremita in Baptismo ad verba Sacerdotis articulate respondit: Amen!

S. Francus Matri instar deformis monstri ostensus fuit, quod sensim sese ad formam humanam reducebat. Eventus probavit visum! in juventute sceleratus aleator, a Deo excitate punitus fuit. Sed Compollælla ad sepulcrum S. Jacobi visum recepit, factus dein poenitentium exemplar. N. 21. Dec.

89. *Operantur prodigia.*

S. Lupus Senonensis Episcopus gemmam de celo accipit: illi porta templi ultro aperitur: hostes oratione infugam agit:

N 3 in-

incendium cruce extinguit, in albis libidinem compescit, regem deprecantem prostratum vidit, N. 1. Sept.

Sancto Aigulpho & focis diuturno carcere alique tormentis diu vexatus, tandem lingua & faucibus exscindebantur, & tamen Sancti diserte loquebantur, ac laudes Dei annuntiabant. *Leuch. 3. Sept.*

S. Albanus post verbera, & tormenta decapitatus, decussum caput de terra sustulit, & in eum locum deportavit, ubi nunc templum stat in ejus honorem adificatum. *Leuch. 21. Jun.*

S. Amatus Episcopus Senonensis pallium & chirothecas e radio solis suspendit. *Leuch. 13. Sept.*

S. Aredius cum in itinere una cum Matre & sequacibus arida siti laboraret, nec aquam haberent, qua se refocillarent, baculo suo terram percussit, limpidissimum mox fontem excitavit. *Leuch. 25. Augusti.*

S. Carbonii corpus naviculae impositum duodecim miliaribus transmare, pluviosa sub tempestate portatur, & tamen ne una quidem guttula tangitur. *Leuch. 10. Oct.*

S. Dorothea post mortem martyrio obitam mittit Theophilo gentili, prout promiserat, e paradiso caelesti recentes rosas, eumque hoc prodigio ad fidem convertit. *Leuch. 6. Febr.*

S. Evortius, cum urbs Aurelia terribili incendio corripetur, & afflicti cives ab illo, ut suo Episcopo auxilium flagitarent, post modicas preces, flammam omnes signo crucis extinxit. *Leuch. 7. Sept.*

S. Franciscus de Paula per invocationem SS. Nominis JESU, homini a nativitate mutuo loquelam: item caecae natae lumen oculorum tribuit. *Leuch. 2. April.*

S. Jacobus de Marchia adhuc in utero Matris alloquitur Matrem, eoque in periculo vitae securam esse jubet. *Leuch. 28. Nov.*

S. Jacobus Salomonius per oculos fores Romae in templum S. Sebasti. ingreditur. *Leuch. 31. Maji.*

S. Marcellus Episcopus Parisiensis cornutum terribilem serpentem, qui tumulo defunctae adulterae incubuit, ad preces populi, pedo & libello precatorio extinxit. *Leuch. 1. Nov.*

S. Paulus Episcopus Virdunensis ex accensia formace, in qua panes parabat, illatus egreditur. *Leuch. 8. Febr.*

SANCTI MARTYRES.

99. Consolationem caelestem habent inter tormenta.

Sancto Stephano lapides ut dulces, Sancto Andreae crux ut bona, Laurentio ignis ut ros, Tiburtio prunae ut rosa videntur. S. punct. 154. fol. 493.

Sicut farinae Elisaei dulcorat totam massam, sic consolatio caelestis Martyribus dulcem reddit passionem. S. punct. 27. f. 660.

Sancti Marcus & Marcellianus pedibus conclavati in igne ajunt, se nunquam in fide firmius stitisse.

S. Sanctus tormentis laniatus fere omnem humanam formam perdit, cras autem reassumpto martyrio ad pulcherrimam formam redit. Sanchez 6. p. c. 9. f. 825. Item C. Exod. 16. v. 3.

Christianus a gentilibus divexatus, cum ab illis petulantier rogaretur, quid mirabili Christus fecerit? reposuit latenter: Hoc fecit, quod injuriis vestris non moror. S. Paulus exultabat in suis vinculis, Laurentius in prunis, Vincentius in tormentis, Tiburtius carbonibus insistent, dicebat, se super rosas ambulare. Theodoros toto corpore dilaceratus cantabat: Benedicam Dominum in omni tempore. Bonifacius unguis excarnificatus jubilabat: Gratias tibi ago Domine JESU. S. Ignatius ad bestias damnatus: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar! Sic in Anglia Fischerus, Campianus, Thomas Morus, & alii exultabant. C. Ad. 5. v. 41.

Quidni consolationem habeant inter tormenta, nihil enim gloriosius, quam pati pro Christo? Quid gloriosius, quidve felicius homini poterit ex Divina dignatione contingere, ait S. Cyprianus, quam inter ipsos carnes imperterritum consistere Dominum Deum: Christum Dei Filium, est recedente, tamen libero spiritu consistere? C. 1. Petr. 4. v. 16. Et S. Augustinus ait: Purpurata est universa terra sanguine Martyrum, ornata sunt Ecclesiae memoriae Martyrum! Esc. C. Ibidem.

Paulus Japonensis Christianus una cum tribus filiis mutilatus, & bullentibus montis Ungeni aquis tormentatus, ferrum & ignes ridet, Deum laudat, filios confortat, & a filiis confortatur. R. cent. mir. 48.

S. Theodora cum milite, qui mutatis vestibus eam liberare volebat, de morte subeunda contendit. C. Gen. 27. v. 8.

S. Cyp. 15. Ep. 11.

S. Aug. in Ep. 118. 30.

la.

In Japonia ferrescente persecutione Christianorum Duo Religiosi, unus ex Ordine S. Francisci, alter e Societate JESU, cum faulis sententia illis denuntiabatur, hilari voce cantarunt: Te Deum laudamus. T. n. 27.

P. Ogibus post fatalem sententiam tota nocte feralem trabem, carnificemque miro gaudio distrahiabat, & amplexabatur. T. n. 24.

P. Carolus Spinola S. J. Nangafachi in Japonia captus, in famoso carcere Omorensi sub dio, inedia & arumnis pro Christo afflicti, plenus fuit gaudio: Scripsit ad notum aliquem: O quam delictosa res est, pati pro Christo. N. 15. Decembr.

91. Quanta fortitudine sustineant tormenta.

Sanctus Gregorius Naz. de Machabaeis scribit: Ibi generosi ac magnanimi pueri, generose Matris nobilis proles, non minus animis fratres, quam corporibus, inter se mutuae mortis emuli tormenta quasi thesaurus praeparantes Esc. S. praefat. fol. 7. Jauris praeparantes Esc. S. praefat. fol. 7.

Sanctus Laurentius Just. O gloriosum Religionis Christianae trophaeum! collatas diligenter speveres, homines fugere, volu praeter calcare, provocare tortores, & illatis conviciis juveniles gaudere! S. punct. 2. fol. 536.

Theophilus Alexand. Quod ira persecutionum inveniatur, patientiae fortitudo superavit: inter poenas magis paterne legis, quam doloris memores: Insabantur tortores, non Insabantur fides. S. punct. 19. fol. 614.

Sanctus Bursis ultro sustulit brachia, ut latera facibus aduri possint. C. Gen. fol. 460. col. 1.

Tria millia servorum, cum Dominos suos martyrio confici cerunt, ad Diocletianum accurrentes, se Christianos professentur, & pro fide moriuntur. Cum S. Martyr Aduchtus totius urbis incolae ad Martyrium tanquam ad nuptias currunt, & mori cupiunt. Sanchez 6. part. c. 9. fol. 824.

Triginta juvenes in Japonia, quorum parentes metu tormentorum a fide desecerant, mira fortitudine solis aetum, mediam, aliaque tormenta sustinent. R. cent. 3. p. 2. mir. 17.

Dionysia Matriona, cum videret filiolium in tormentis trepidare, velut Machabaea Mater eum animavit. E. Marty. n. 11.

Cum persecutio ferrebat apud Thebaidem, certatim omnes Christiani ex urbe in arenam emigrabant, non vinculis constricti, sed fidei nexibus tracti, psallentes, & hymnos Deo dicentes abeant praeter altero cervicibus cadentibus oblectabant. E. Marty. n. 15. seq.

Apud Phrygiam urbs Christianorum flammis incensa est, portis urbis patentibus, dataque optatione, ut qui vellent Diis sacrificare, aufererent, & nullus penitus abesse. E. Marty. n. 17.

Cum imperator Valens videret Christianos ex Ecclesiis ejectos in campo convenire, Praefectum suum pugno percussit, quarens cur non & ibi haec conventicula turbaret? porro praecipit, ut omnes trucidarentur. Praefectus, ut erat mansuetior suo Domino, clam indicavit civibus, ne invenirentur in loco. Et ecce! frequentior confluit populus, quam unquam antea.

Mulier e domo festinans & parvulum in brachiis gestans, ne quidem illi claudendi moram fecit. Quasita a Praefecto, quo tenderet? reposuit, in campum ubi Christiani trucidantur. Cur igitur & parvulum hunc tecum sumis? ut & ipse Martyrii coronam assequatur. Hoc auditoregressus Praefectus ad imperatorem, abeant se implere non posse, quae ipse praeciperat. E. Marty. n. 21.

Etiam pueri a parentibus avulsi nec minis, nec tormentis superari poterant, ut a fide desicerent. E. Marty. n. 23.

In agone mire fortes fuerunt S. Laurentius, Fischerus Episcopus Rossensis, S. Agatha, S. Agnes, S. Eulalia, S. Felicitas & alii. C. Gen. 49. v. 19.

S. Polycarpus, voce caelesti animatus, vincit post tergum manibus laxantem se Deo in holocaustum obtulit. Vigintr millia Christianorum Nico media in templo se comburi sub Diocletiano sinunt, quin unus, parentibus obtis egredietur. Illustri matrona, cujus filia tyranno in faciem expavit, una cum filia morte laxantem subit. C. Levit. c. 1. v. 12.

S. Pergentinus & Laurentius ob fidem Christianam accusati inedia torquentur, sed ab Angelis pascuntur, patefacto carcere pro Christo mori, quam fugere maluerunt. In morte idola instar cere diffluere fecerunt. S. S. Jun.

S. Joannes Martyr impia Decreta Nicomediae contra Christianos afixa abripuit, & dilaceravit. Quare ab Imp. Diocletiano ad crudelitissima tormenta damnatus, ad ferentem vultu martyrium sustinuit. N. 7. Sept.

S. Adrianus exemplo Martyrum animatus Christum conficitur, incarcerationi, & hortante Natalia uxore tormenta superavit, membratim truncatus. N. 8. Sept.